

## COROLLARIUM.

tereunt, æstate præsertim, tanquam  
vi detenti, hærent, & in bitumine vel-  
uti fixi, viscoq; obliterati resistunt, nec in-  
de se extricare queunt. Bitumen vèro  
largiùs, & æstatis squalloribus effun-  
ditur. Arescit rubetq; gleba propin-  
qua aut bituminis cōtactu, aut aquæ  
bitumen euehentis. Incolæ vocant Pi- Pix aqua-  
cem aquaticam, & ad scabiem peco- tica.  
ris, signandos notis atris greges, artu-  
um in pecudibus glutinandas fractu-  
ras vtuntur. Experimento mihi cer-  
tissimo compertū est, bituminis suffi-  
tu, siue crudum sit, siue vratur, mulie-  
res vtero strangulatas extemplo reuo-  
cari. Quamobrem nonnulli foemina-  
rum collo, quæ ei morbo sunt obno-  
xiæ, lanâ exceptum appendūt, vt cre-  
bro olfactu, suffocationis paroxys-  
mum arceat. [*Nos etiam catapotia ij. vel  
iiij. ex Aruernico illo bitumine, dedimus vti-  
liter in colico affectu: & in vteri strangula-  
tu, in quo tamen castorium efficacius depre-  
hendimus.*] Serpentes quoq; eius suf-